



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Floremundi Raemundi V. Cl. Olim Consiliarii Regis
Galliarvm Ex Calviniano Catholici Synopsis Omnium hujus
temporis Controversiarum tam inter Lutheranos,
Calvinistas quam alios plurimos. Sive Historia ...**

Raemond, Florimond de

Coloniae Agrippinae, 1655

IV. Lutherus bellis intestinis & turbis Christianae Reipublicae ad suos
conatus abutitur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10880

tam debilibus instrumentis solum sustentari possent. Ad manus veniendum erat, & gladius lateri accingendus, vt nouum ipsius fulciatur Euangelium, & in primis Euangelica illa Libertate animos Principum alliciendos sibi atque inescandos putabat. Lutherus igitur omnia turbare intentus, tantum effecit vt Principes ad religionis mutationem propendentes, Norimbergæ conuentum egerint, vel Senatū Imperij istic à Cæsare absente constitutum corruerint potius, vt de religionis causa aliquid sine Cæsare cognosceretur, & Vormariense decretum quo Lutherus eiusque causa condemnata fuerat, aboleretur. Imperator tamen qui tum in Hispania erat, hæc ad auctoritatis suæ præiudiciū pertinere interpretatus, postea Edicto vetuit, ne in religione quidquā mutaretur, sed re integra ad Concilium vsque, de quo multus erat sermo, dilata, Vormariense interea decretum obseruaretur.

IV. Is tum erat rerum in Christiana Republica status, qui Lutheri promouendis conatibus maxime inferuiebat. Plerique enim Principes contentioni ac bello, quod tum inter Hispania & Gallia reges gerebatur, illigati erant. Franciscus Gallia rex, capto Mediolano, toti Italiae metū incusserat. Solimanus profligato Hungarorum exercitu, eorumque rege cæso, Germania finibus imminerebat. His tot tantisque difficultatibus impediti, & prius longinquis & transmarinis expeditionibus sæpe distenti, Imperator & frater Ferdināus, foris Turcis assilentibus, intus Gallis vim facientibus, ac Lutheranis minantibus, vix vllas consilia sua explicādirationes inueniebant. O quanti constas mundana dignitas! Ecce tibi, supremus Ecclesiae præsul, qui nec vtrisque æquum & neutrum quasi se exhibere, nec auctoritate sua dissidentes in concordiam redigere poterat, momento & se & urbem rerum dominam & caput Imperij captam, & exteræ gentis potestati ac libidini subiectam vidit, ductu Caroli Borbonij, qui in ipsa oppugnatione bombardæ ictu percussus, nullum aliud ex capta vrbe trophæum retulit, quam æteram dedecus, quod & Ecclesiae simul & Regi suo arma inferre sic ausus. Tam ante, quam post hanc vrbs cladem plura acciderunt memoratu digna. Paulo ante homo quidam ignotus, prouectæ ætatis, ex agro Senensi, squalida lacerna indutus per vrbs plateas cursitans, magna voce omnes horatus fuerat, vt vitam emendarent, pœnitentiamque agerent: alioqui enim fore vt grauissimas propediem pœnas luant. Nec vn-

quam ille, quamuis à multis increpatus, clamare eademque verba ingeminare cessabat; ad exemplum Cassandræ, aut eius qui Hierosolymitanis simili clamore exitium prædixisse fertur: immo quanto magis prohibebatur, tãto magis clamabat, vt intra quatuor muros eum concludi necesse fuerit, è qua custodia ab illis ipsis quorum aduentum prædixerat, fuit liberatus. Quibus ille dixisse fertur: Vos virga estis & flagellum quo Deus populum hunc impœnitentem castigat, & ad voluntatem suam implendam vritur: at vbi virga hac satis vsus fuerit, eam in ignem cõijciat, & ipsos castigatores castigabit. Cui vaticinio in vtrisque exitus fidem fecit: Omnes enim sacrilegi paullo post miserabili morte perierunt, magna parte morbo contagioso absumti, reliqui vero ab ijs quos vicerant, ac deprædati fuerant, sublati. (1) Lutheranus quidam, historiam hanc captæ vrbs, in qua nullum nõ sceleris, flagitij ac sacrilegij genus perpetratum fuit, describens, affirmat, militem quendam generosum dixisse, voto se Lutheri Prophetæ suo obstrictum, frustum de corpore Papæ sese deuoraturum; & quidem nihil se magis cupere quam votum hoc implere. Ait idem, milites è Pontificio sacello stabulū equorum fecisse; tum Lutherum, quem Ecclesiasticis vestibus atque ornamentis indutus, miles quidam gregarius (etn Landts knecht) repræsentabat, per ludibrium Papam creasse, omnibus manus in altum tollentibus atque acclamantibus: *Lutherus Papa, Lutherus Papa*. Sed ad hunc ipsum nouum Pontificem absentem coronatum redeamus. Quemadmodum araneæ non sereno sed pluuioso atque obscuro cælo telas suas contexunt atque explicant: sic Lutherus in tantis turbis ac nouis dissensionibus consilia sua ita moderabatur, vt Euangelicæ illius Libertatis, quam velut vanalem proposuerat, cassibus multos Principes irretiret, & ad fædus cum Saxoniz Duce de Lutherana propugnanda doctrina ferendum, permoueret. Ex his præcipui erant Georgius Marchio Brandeburgicus, Ernestus Dux Luneburgensis, Princeps Anhaltinus, & Philippus Hassia Langrauius: quorum hic magnas patriæ suæ attulit calamitates. Est vero Landgravius apud Germanos dignitatis nomen, significans Provinciale Comitem. Horum quatuor sunt in Imperio, nempe Thuringia, Alsatia, Leuchtembergæ, & Hassia: quorum huius magna est potentia, imperiū Franconiz finitimū. Erat vero istū magni

D d 2

animi

1 Vid. Cochl. de A. Luth. Pont. lib. 2. rer. mem.

animi homo, ad audendum quid vis promptus: eo-
que Lutherus ad suas eum partes adiungere modis
omnibus studuit, tam felici successu, ut benevo-
lentiolem quam ipsum Saxonie Ducem eum sem-
per deinde sit expertus. Duo hi præcipua fue-
runt Lutheranae conspirationis firmamenta. A
nobilitate idem factionum studium in vulgus pro-
ferebat, qui & ipsi, ad Evangelij, ut aiebant, defen-
sionem, fraternitates & confederationes institu-
erunt, & ad arma se præpararunt. Erat vero tum ea
vulgi de Lutheri doctrina opinio, ut multi quoti-
die, à prisca fide paulatim deficientes, ad novam
sine iudicio, arbitrato suo transirent. Quamvis
autem Imperator iam pridem Vormaticensi An.
1521. 8. Maij edicto interdicto id veruisset. Infelici
tamen sorte evenit, ut illud edictum Cæsaris ratū
ac sanctum quodammodo fuerit obolitum. Nam
cum Cæsar abesset à Germania ad sedandos mo-
tus in Hispania & alibi exortos constituissetque
Vicarium Imperij Electorem Palatinum Frederi-
cum & quendam ei veluti senatum Norimbergæ
collectos addidisset Hi Anno 1522. bono zelo in-
cipientes tractare negotium religionis, proditio-
ne Georgij Spalatini Secretarij in aula Electoris
Palatini, & VVolfgangi Capitonis in aula Archi-
Episcopi Moguntini qui Lutheri & Saxonis e-
rant exploratores, (a) à proposito delapsi sunt non
quidem statim ad pessima, sed gradū zeli inferiorē
eo quem iuxta Cæsaris edictum Vormaticense te-
nere debuissent. Siquidem Anno 1523. conventu
illo Norimbergenſi soluto mense Martio decre-
tum in causa Religionis promulgavit Senatores
Imperij cum Vicario Cæsario; *Vt Evangelium po-
pulo proponatur iuxta S. S. Patrum interpretationes ab Ec-
clesiâ probatas, ut Archiepiscopi & Episcopi quosdam
constituant scientia divinarum literarum sufficienter
instructos, qui curam habeant huius rei; & exorbitantes
benigne moneant, in Refractorios vero poenis inflic-
tis animadvertant: ut cum Imperatore agatur, quo quam-
primum Concilium in Germania, non extra eam cele-
bratur: Interea temporis dum Concilium convocatur,
nullibi Libri typis expressi distrabantur, nisi probati cal-
culis virorum prudentium, quibus curam illius rei Ma-
gistratus demandabit Vt sacerdotes & monachi apostata-
re, que sub matrimonij nomine sibi mulieres copularint
iuxta præscriptum Iuris Canonici puniantur* (a) Fuit
inter Senatores hosce Albertus Brandeburgicus
Bocussia Dux, Mag. Ord. Teutonici, qui hoc Vi-
carius Imperialis tempore Norimbergæ præsens
seductus est per Andream Osiandrum apostatam

Norimbergæ concionantem. (e) Hoc decretum,
post favorem nimium Frederici Saxonis in Luthere-
rum, alter fuit gradus Germaniæ infelici ad multi-
tudinem Novarum Religionum, quo Lutherus
proscriptionem sui censuit esse suspensam. (d) Et
una secta Jotermistarum caput enasci.

Accessit deinde tertius Gradus Anno 1524. cum
iterum Norimbergæ conventus Imperij habitus
est, Cæsaris absentis Vicarium agente Ferdinando
Austriaco fratre, decretumque est post multam de-
liberationem 18. Aprilis *Agendum cum Pontifice* (tunc
Clemens VII. erat Anno superiore creatus) *Cæsaris
& Ordinum communi nomine ut, quamprimum fieri
possit, in Germania liberum & Generale Concilium in-
dicat, cuius auctoritate definiantur orta de Religione
controversa, & motus sopiantur. Interea vero Novum
Spira habendum esse Conventum, ad XI. Novembris in
quo maturè deliberandum sit & constituendum quomo-
do se quilibet in hac distractione debeat, interea temporis,
dum res per Concilium definiantur, habere. (e) Repetita
sunt etiam superioris Anni conventu sancita, prohibiti-
que libelli Famosi & pictura contumeliosa. Iussumque
ut viri Docti & prudentes in Vniversitatibus consti-
tuerentur per Principes & Ordines Imperij, qui Lutheri
libros expendere, & qua retineri aut aboleri deberet di-
iudicaret. Gravamina quoque Nationis Germanicæ ex-
pendere & moderarentur. Denique Vormaticense decre-
tum in suis quique provincijs, quantum quidem posse
fieri, pro temporum conditione fideliter exequerentur.* (f)
quibus decretis etsi revera conscientiarum liber-
tas permittebatur, Lutherus tamen acquiescere
detrectavit, sed acerbissimè scripsit in Cæsarem &
Principes, (g) quæ pudor est referre, & pudor, fuisse
à Principibus in Ardellione Sacrilego tolerata.
Videns igitur Legatus Pontificis Cardinalis Cæ-
pegius ruinam Germaniæ & Septentrionis immin-
entem, ut eam sustentaret quomodocunque,
collatis cum Ferdinando Austriaco Consilij sub
finem Junij alium conventum ex solis Catholici-
cis instituerunt Ratisbonæ, nempe Archiepiscopo
Salisburgenſi, Ducibus Bavaricæ, & Episcopis
Ratisbonensibus ac Tridentino nec non legatis E-
piscoporum Bambergæ, Spira, Argentinæ, Augu-
stæ,

a Vlenberg. Vit. Luth. cap. 10. num. 4. b Vlenberg.
Vit. Lutheri cap. 10. num. 5. c Vlenberg. Vita Osiandri
cap. 1. num. 2. d Vlenberg. Vit. Luth. cap. 10. fine. e Vlen-
bergius. Vit. Lutheri cap. 12. f. ibid. Vide Vlenbergium
Vit. Luth. cap. 12. num. 1.

stæ, Constantiæ, Basileæ, Eisingæ, Passaviæ, & Brixiniæ, convocatis, in quo Decretum Vormaciense in Lutherum eiusq; hæresin confirmatum fuit & alia iuxta Ecclesiæ Catholica decreta: (a) Id ægre ferentes Lutherani Principes & Civitates Spiraë rursus convenerunt, fæderis & religionis tuendæ causa; ad quod magna ambitione pleræque per Germaniam urbes fuerunt sollicitatæ; quæ mense Julio Spiraë decreverunt, ut Civitates Viros bonos & peritos constituerent, qui capita religionis controversa expenderent, & de ijs Senatui suarum urbium referrent. Ingens tunc scripturientiū vis, instar locustarum exiit. Sed irritò, nam Cæsar accepto decreto Norimbergæ factò illud Bugis in Hispania 15. Julij rescidit, & conventum Spiraë ad Novemb. indictum fieri vetuit, ex postulatæ cum Imperij Principibus de deferta Religionis sacra defensione. (b) His dissensionum iactis undique seminibus, arma tandem moveri cœpta sunt; quibus Lutheri propagandi opiniones plerosque libidinecesserat.

V. Quemadmodum ergo Lutherus non paucos populos, obedientiæ Pastorum, continuæ successione, post adductam ad Christianissimum Germaniam, iure nitentium, subtraxit: ita idem ut civilis quoque magistratus contemneretur auctoritas, modis omnibus efficiendum sibi statuit. Post Papam ergo Imperatorem, & post sacrum Romæ Consistorium, Imperij Cameram oppugnandam sibi sumpsit, tanta insania ac rabie, ut etiam, quæ sacrosancta hominibus esse debent, atrocissimis convicijs infectaretur. Principes appellans (c) Carnifices, Iesu Christi interfectores, Herodes impios, intolerabiles tyrannos, Turcis multo peiores. Turca hic baptizatus (inquit quodam loco, de Imperatore loquens) peior est Turca illo non baptizato. (d) Elogijs eiusmodi Principum omnia eius scripta scatent, ut etiam epistolæ, quas ad ipsos Principes, Georgium Saxoniam, & Henricum Brunsvicensem Duces misit, quorum illum Sathanz Apostolum appellat, Angliæ Regem quo modo tractarit, postea videbimus. Principes (ait alibi (e) de Mundo sunt; Mundus vero Dei hostis est. Rarum est videre Principem qui sapiens sit, sed multo rarius, qui sit vir bonus. Aut fatui sunt plerique aut mali. Non iam Mundus talis est qualis olim fuit. Principum malitia & tyrannis ferri amplius non possunt. Atium cum ipsis est, siæque potentes ac Turca evaserint. Unus ipsius liber de Libertate Christiana, qui manibus omnium tum terebatur, univertalis potuit esse fomes rebellionis. In eo ille dicit,

die Fürsten sephen Wylprat im Himmel; id est, Principem rem rarã esse in cælo. Deus, inquit, magnus est Dominus; atq; necesse est ut carnifices habeat, qui nobiles sint & illustres magnates. Quin Mundum quasi novum facturum, in libro suo de Captivitate Babylonica dicere non veretur, non ullam esse spem restaurandæ Evangelicæ libertatis, nisi humanae leges penitus aboleantur: ut nos, ait, de omnibus iudicare atq; omnia regere possimus. Addit, non posse ullum magistratum, immo ne Angelum quidem de cælo Christianis ullam legem prescribere, nisi quam ipsi voluerint, ut qui omni ex parte sint liberi. Deinde quasi ab ipso Sathana incitatus, se effecturum, inquit, ut nec Ecclesia Christiana neq; Evangelicæ ullum agnoscat magistratum, immo ut nesciat quid magistratus sit. Hæc enim hominum esse inventa, & meram tyrannidem, ad miseris Christianos vexandos ac servitute premendos. Rursus in eodem de Babylonica Captivitate libro ait, Id sibi compertum esse nullã Republicam legibus bene ac feliciter posse administrari. Si prudens sit magistratus, felicius ab eo ex naturalis legis ductu Republicam, quam ex civilium legum prescripto gubernatum iri, ut ex quibus nihil nisi malũ proveniat. (f) Ad hanc vero suam opinionem, tam prompte ab Anabaptistis receptam & approbatam, confirmandam, loca Scripturæ allegabat, ut illa quæ scripsit D. Paulus ad Philipenses 3. Petrus Epistola sua cap. 5. Lucas Evangelista cap. 14. ubi humilitas Christianis præcipitur. Vides opinor, quæ fuerit Lutheri de magistratu doctrina: qui ut primus igne hunc seditionis in Germaniã, ita discipuli eius eundem in vicinas Christiani orbis regiones intulerunt. Sed operæ precium est paucis indicare, quam reverenter ille Angliæ Regem tractarit, quem appellat stultum, rabiosum, Cyclopem furiosum, porcum immundum, excerebratum, viperam progeniem: ac tandem post sexcenta eiusmodi convicia, velut è platistro sparsa, In mihi erit, inquit, Maiestatem Anglicam luto & stercore conspergere, & coronam istam pedibus conculcare. Sic ille de Regibus, Principibus & magistratibus sentiebat, sic scribebat, sic loquebatur. Nec melius magistrum imitati discipuli, eisdem tractabant: ut videre est è Melanchthonis libro ad Bohemos & Silesios: Georgij Maioris, De præscriptione cælesti contra Imperatorem Carolum V. Justi Menij epistola ad Magdeburgenses, & aliorum. (g) Quis

Dd 3 ergo

a Vlenberg. Vit. Luth. cap. b Vlenberg. Vit. Luth. cl. 12. c Lib. de sac. potest. d Dont. Ambo. Cath. e Conrado Cas. manil. In sermone cum venerit. f Vid. Eder. in 2. part. Evang. Inquis. g Vid. Gasp. Crusig. in Psal. 107.